





Pr. 21. Buch 31.

1762, 15.

13

QVA ACTIONE VENDITORI
EX PACTO DE REVENDEANDO
EXPERIENDVM SIT ET QVATENVS
REI VINDICATIO OBTINEAT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

PRAESIDE

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.

LIPSIENS. ADV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXIII. IVNII A. C. MDCCLXII

AD DISCEPTANDVM

PROPONIT

IOHANNES GOTTLIEB ZAHN

FRANCOVVSANVS.

224
D

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEIMIA



QVA ACTIONE VINCIBORI
EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO
EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO

D. HENR. GODOFRIDO BAVARO


EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO

EX TACTO DE RE ENDINDO





QVA ACTIONE VENDITORI EX
PACTO DE REVENENDO EXPERIENDVM
SIT ET QVATENVS REI VINDICATIO
OBTINEAT

§. I.

Cum nuperrime de praescriptione iuris re- *Instituti ratio.*
troemendi disceptarem, ob eamque rem
interpretes, qui de ea dixerunt, con-
sulerem, inueni, de actione, qua ad per-
sequendum hoc ius quis uti possit, non omnino con-
stare, aliis, praeter personalem ex contractu contra
emtorem rei, hac lege addita, venditae, realem etiam
contra emtorem nouum, aliumue, excepto primo em-
tore, possessorem, solamque, aliis, personalem conce-
dendam esse, pugnantibus. In quam rem curiosius
inquirendo, operae pretium facturus mihi videor.

§. II.

Qui rei vindicationem, reuendendi lege vendi- *Argumenta*
tioni addita, venditori tribuunt, his vtuntur argumen- *pro rei vindi-*
tis. Prouocant nimirum ad l. 13. D. de Fignorat. act. *catione pu-*
gnantium ex-
pensatur.

A 2

vbi



vbi sic **VLPIANVS**: Si cum venderet creditor pignus, conuenerit inter ipsum et emtorem, ut, si soluerit debitor pecuniam pretii emtori, liceret ei recipere rem suam: scripsit Iulianus, et est rescriptum, ob hanc conuentionem pignoratitijs actionibus teneri creditorem, ut debitori mandat ex vendito actionem contra emtorem, sed et ipse debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum actione aduersus actorem agere. Igitur **ICTUS** pignore a creditore hac lege vendito, ut debitori, si pecuniam pretii emtori soluerit, rem suam recipere liceret, tres debitori actiones tribuit, primo pignoratitiam, ad creditorem, ut ex vendito actionem aduersus emtorem cedat, compellendum, deinde rei vindicationem contra possessorem, in factum denique actionem contra emtorem. Verius sine dubio **ICTUS** loquitur de distractione pignoris legitime facta, atque adeo id efficiente, ut dominium pignoris, secuta venditionem traditione, in emptorem fuerit translatum. Inde rei vindicatio debitori concessa inniti debet resolutiuae conditioni, venditioni statim adiectae, quam id efficere nouimus, ut, quam primum existat, statim dominium emtoris euanescat, ipsique non adquiretum intelligatur, l. 2. D. d. in diem addict. l. 41. D. d. R. V.

§. III.

Nonum argu-
mentum eius-
dem senten-
siae.

Minus causam eorum, qui rei vindicationem venditori tribuunt, iuuat l. 10. §. 1. D. quib. mod. pign. solu. vbi **PAVLVS**: Creditor si pignus distraxit, et ex venditione recessum fuerit, vel homo redhibitus, dominium ad debi-



debitorem reuertitur. Creditor enim non suo nomine tanquam dominus, verum nomine debitoris, et tanquam procurator eius pignus vendidit, neque adeo resoluta venditione, dominium, quod nec antea habuit, recipere potest, quod et consequentia satis superque confirmant: idemque est in omnibus, quibus concessum est rem alienam vendere: non enim, quia dominium transferunt, ideo ab emtore ius recipiunt, sed in pristinam causam res redit, resoluta venditione.

§. IV.

Porro ad naturam pacti additionis in diem et legis commissoriae prouocant, eandemque vim pacto de reuendendo, ob similitudinem rationis, eandemque frequentiam tribuere conantur. Denique fingunt hypothecae ius nostram conuentiouem operari, idemque, si conuentione emptoris impositum fuerit rei, cum pacto de reuendendo venditae, quam primum ex pacto ad venditorem res redierit, statim expirare sibi persuadent.

§. V.

Prout vero haec vltimo loco posita argumenta meram redolent principii petitionem, in quibus refutandis longiorem esse instituti ratio non finit, eo profecto tota res, recte id monente *HVBERO in Praelectt. ad Pandectt. L. XVIII. Tit. V. §. 9.* redit, vt consideremus, pactum resolutiuum legi de reuendendo insit, an solum emtoris obligatorium. Illud enim certe subesse debet, vt

Demonstratur, quo imprimis in decidenda hac controuersia respiciendum sit.



rei vindicatio venditori concedenda esse videatur. Sed, quod reuendendi pactum, quae HVBERI est sententia, semper dominii emptori quaesiti resolutionem inuoluat, nego vehementer.

§. VI.

*Argumenta in
contrarium
recensentur.*

Non id inuoluit *l. 2. C. d. Pact. int. emtor. et vendit. composit.* vbi Legislator ex pacto fundi venditioni adiecto: *vt siue ipse venditor, siue heredes emtori pretium quando-
cunque, vel intra certa tempora, obtulissent, restitueretur,* actionem praescriptis verbis vel ex vendito concedit, haec igitur lex non id inuoluit, vt omnino adiciendi pacti resolutiui emptori ademtam censeamus facultatem. Quodsi vero ex adiecto pacto appareat, reditum dominii ad pristinum venditorem, proxime emtoris facto restitutionis, non solum conditioni pristinae venditioni adiectae, qua ad restitutionem emtor compellitur, tribuendum esse, qualis est proposita in *cit. l. 2. species,* sine dubio nudum obligatorium, non resolutiuum, est ipsum pactum, neque adeo dominii transitum per se operari valet. Concedit HVBERVVS *cit. l.* contra emtorem ipsum rei vindicationem vsu non venire, et, solum contra tertium possessorem in subsidium eam esse mouendam, dicit. Sed, si fundata est hoc loco rei vindicatio, concurrere potius dicenda erat cum venditi actione, quemadmodum nemo infrequentem dixerit rei vindicationem contra heredem legatario concessam, quoniam ex testamento actione personali experiri licet.

§. VII.



§. VII.

Mihi quidem, quoniam traditionibus et vfucapionibus, non nudis pactis rerum dominia inter viuos transferuntur *l. 20. C. d. Pact.* nec suae rei emtio intelligitur *l. 16. D. d. contrab. emt.* sic de ea re videtur, vt putem, si id fieri debeat, vt reuertatur sine emtoris facto ad venditorem dominium, oportere, vt, ex venditionis causa, dominium in emtorem ad tempus, vel absolute, vel hypothetice certum, neque adeo nude, ita tamen, vt ad reuendendum simul pacto se obstrinxerit emtor, fuerit translatum. Quod si enim posterius factum fuerit, nulla dum facta reuenditione, eamque secuta retraditione, aequae minus reuerfum esse potest ad priorem venditorem dominium, ac is, qui rem suam pro certo pretio mihi vendere promisit, hoc facto eius in me dominium transmisit, quum ne emtor quidem rei sibi nondum traditae, vindicatione vtatur. Sin prius, non est dubium, quia quilibet rei suae legem iuste statuit, quin existente conditione vel tempore, in quod collata fuerat dominii translatio, elapso, expirare emptoris dominium, nullo ipsius facto interueniente, debeat, quae est ratio pacti addictionis in diem, et legis commissoriae. Quod sine dubio erit habendum, si quis alteri rem suam, vel ad decem annos, vel donec pretium fuerit restitutum, venditam, tradiderit, non enim ab initio, in longius decem annis tempus, vel post pretii restitutionem, dominium fuit dimissum. At enimvero eiusmodi venditio diei additionem

Quatenus rei vindicationi locus sit concedendus demonstratur.



nem vere agnoscit, et in effectu a contractu pignoratio, cum pacto antichretico, inito, parum differt, quod autem elapso tempore, vel existente conditione resolutiva, rei vindicatio obtineat, certum est, quae exulare omnino debet, si obligatus tantum ad reuendendum emtor, nec simul dominium, in eum translatum, ad tempus conditionemue restrictum fuerit, permitta tantum contra emtorem ex vendito actione, vel ad rem ipsam restituendam, vel ad interesse, translato in alium rei emtae dominio.

§. VIII.

Quatenus patet de reuendendo actioni praescriptis verbis locum faciat, exponitur.

Quodsi vero ius reemendae recipiendaeque rei venditae, non resolutivae conditioni venditioni adiectae, verum soli emtoris obligationi insitit, atque adeo personalem producit actionem, ex vendito haec, an praescriptis verbis, dicenda sit, ex *cit. l. 2. C. d. Pact. int. emtor. et vendit.* videtur dubium. Nouimus ex *l. 2. D. d. P. V. si deficiant vulgaria atque usitata actionum civilium nomina, praescriptis verbis agendum esse.* Ex quo hanc esse colligo *cit. l. 2.* sententiam, vt, si dubium videatur, vera ne subsit venditio, an innominatus contractus, v. c. do, vt reddas, siue, vt restituas, praescriptis verbis agendum esse, sin autem vera subesse venditio appareat, venditi potius actione experiendum esse. Diuersa enim negotia Imperatorem respicere, ex ipsa vocula *vel*, quam disiunctiuam, non declaratoriam esse, atque adeo diuersa diuersis hectere nouimus, elucet.


T A N T V M.

ULB Halle
006 385 451

3







13

Pr. 21. Juni 1762.

QVA ACTIONE VENDITORI
EX PACTO DE REVENDENDO
EXPERIENDVM SIT ET QVATENVS
REI VINDICATIO OBTINEAT

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPREM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.
LIPSIENS. ADV.

P. 224

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXIII. IVNII A. C. MDCCLXII

AD DISCEPTANDVM

PROPONIT

IOHANNES GOTTLIEB ZAHN

FRANCOVVSANVS.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA

